

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipvorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.IX.

VD18 90845390

[Michael Schaefferus]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216317](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-216317)

2.3 4.5.6.7. usq; Qual und Leyden/ Stuttg.
1618. in 4.

MICHAEL SCHÆFFERUS, Sere- *Nat. 1573.*
nissimi Wirtembergiæ Ducis Fride- *Cl. 1608.*
rici, Concionator Aulicus, PetriCellis, *Ob. 1608.*
obscuro Dioceseos Sulzensis in Hercynia
pago, in lucem editus, Anno 1573. Patre Bartho-
lomæo, ibidem Pastore, Matre Annâ, quæ po-
stea Jacobo Heinlino, Calvensium SuperIntenden-
ti nupsit, ex qua Zachariam Schæfferum, Profes-
sorem Eloquentiæ in Academia Tubingenfi cele-
brem, germanum Joh. Jac. Heinlinum verò Abba-
tem Bebenhusanum, uterinum habuit fratrem.
Studiis destinatus sub parentali planè cura Vitrici,
Calvæ, Religionis & Literaturæ primis Elemen-
tis, deinde vero & Stuttgardiæ in Pædagogio im-
buitur. Ex quo propter eminentia, quæ Deus lar-
giter in eum contulerat, dona, illicò in Stipendium
Ducale Tubinganum traductus, iis in studio Lingua-
rum & Philosophiæ profectibus enituit, ut brevi
gradum Magisterii atque inter Competitores pri-
mum locum in testimonium Eruditionis conseque-
retur. (a) Inde post Repetentis munus aliquandiu
gestum, editaque Theologicæ eruditionis de Crea-
tione & Mediatore Christo publicè disputando Spe-
cimina, ad Diaconiam Marpacensem promotus, in
qua, cum non solum Concionantis spartam egre-
giè ornaret, verum etiam geminas disputationes de
Persona Christi & Communicatione Idiomatum,
à se conscriptas, publicè magno cum applausu Tubin-
d 5 gæ

(a) Christoph Binder, Conc. fun. p. m. 25.

gæ defenderet, dignus habitus fuit, qui 1601. ad Professionem Theologiæ Extraordinariam in Academia Tubingenſi, & connexam Stipendii Theologici Inſpectionem proveheretur. Cum autem inſigni oris facundia paſſim celebraretur, famâ illius ad Sereniſſimum Principem delatâ, in Aulam accitus eſt, in quâ Eccleſiaſten alterum & Conſiſtorii Aſſeſſorem egit prudentem ac fidelem. Thalami conſortem habuit Annam, Andream Grammeri Abbatis filiam. Erat, Johanne Valentino Andream judice, genuinus Haſenreſſeri diſciplinus; Vir profundâ eruditione, vitæ rectitudine, atque induſtriâ pene inimitabili conſpicuus, ſed brevioris, quàm pro re Chriſtiana, ævi, qui plura eximii Ingenii & egregiæ Voluntatis affecta potiùs, quàm perfectæ opera nobis reliquit, (b) de quo niſi eum properantia fatorum, multorum ſpe votoque citius, inter cælites retuliſſet, quid Chriſti Eccleſia ſibi potuerit promittere aut expectare, vel unicam Compendii Theologici Iſagogen, per præcipuas Germaniæ Urbes numerofiſ vicibus recuſam, æquos rerum arbitros intueri jubet Magiſter Heſſenthalerus. (c) Moſen Amyraldum certè, celebrem apud Salmurienſes in Gallia olim Profeſſorem Reformatæ Religionis, ex Epistoſa manuſcripta producit, qui benigniſſimum & Schæffero glorioſum Judicium de iſto libello expoſuerit. Singularem judicii ejus dextertatem & ſolertiam de prædicat Binderus. (d) Cæterum

(b) *J. V. Andrea Selen. Auguſt. p. 56. apud Carol. Memor. T. 1. Libr. 1. p. m. 175.*

(c) *Laudat. funebr. Heinlin. p. 7. edit. 4.*

(d) *Conc. ſun. p. 5 & 26.*

terum Zelo domûs Domini usque adeo arsisse perhibetur, ut eo in Ministerio Aulico credatur consumtus. (e) Piè igitur ac devotissimè diem clausit supremum, Anno 1608. d. 13. Nov. ætatis 35. Conc. fun. habuit Christoph. Binder ex Hebr. 13.7. (f) Scripta ejus recenset H. Wittenius Diar. Biograph. ad Annum 1608. & G. Draudius Bibliothec. Class. Germ.

Scripta.

Sagoge Compendii Theol. Tub. 1606. 1632. Luneburg. 1663. 32.

Disputationes duæ de Persona Christi & Communicatione Idiomatum, Tub. 1601. 4.

Tractatus de Unionè Personali, Tub. 1607. 8.

Disputationes quinque de summis Fidei Articulis, Tub. 1607. 8.

Ἀρεὸπολις Christianæ Religionis, Tub. 1607. 8.

Disp. de Peccato Originis & Origine Animæ quorundam erroribus opposita.

Manuscripta.

Analysis Disputationis de Creatione & Angelis.

De Electione.

*Fünff Regiments-Reguln auß dem 4. Capitel
Syrachs in 7. Predigten/ Tübingen / 1608.
12.*

*Anleitung/wie man das grosse Geheimniß von
der Person und Gutthaten Christi heil-
sam.*

(e) *Jubil. Acad. Tub. p. 103.*

(f) *Conf. G. Serpilius Epitaphia, p. 57.*